

nec minora Te diriga Minimorum Nani, ac penè Antipodes  
sentiant, atque hauriant beneficia. An non si hæc quoque  
Tu cum passibus numeras, nullum dolens amissum  
diem, quem candido Nobis calculo obsignas? septura nostri  
Ordinis Domicilia, quam Sol domos itque, reditque, Tu vel  
sola tui luminis umbra illustras, ac ditas? ¶ FRANCISCV M  
ALEONE DEGIMO euectum ad Superos inter sidera positum,  
viraque manu, ac geminalibra Lance muneribus cumulas,  
honoribus oneras? Quod si in Terris adhuc Sol noster erat  
cum Columbo, ac Vespuccio tuo ducibus Novus detectus  
est Orbis, ¶ quem unus peperit, alter fouit; an non æquius  
in Cæliam positus Mediceos saluberrimo fouebit intuitu,  
propitio lumine fecundabit? Quot porrò nominibus Medi-  
ceæ, ac Roboreæ Genti tuæ FRANCISCVS nō debitus, ac deuin-  
ctus, qui à SIXTO QVARTO duplici Diplomate quasi stimulo  
è syluis suis accitus in Calliso, mox Romæ secum confedere  
iussus, atque intimis arcanis pro oraculo adhibitus. At  
vix videretur plumbeam Bullam aureo, ac nouo rependere  
diademate. hoc idem Nepoti, VLIO deinde SECVNDO, nescio  
ore ne inauguratus sit, an subharrauerit indice; ac bis Or-  
dini sui duplici sub Quercu umbram etiam immortalẽ.  
Nè verò ibidem loci, ac temporis à Roboreis Medicea di-  
uelleret germina; Ioanni tuo adhuc Puerò, dum Romæ  
osculum FRANCISCI dextera ex Parentis iussu vellet infi-  
gere, Pontificium Sceptrum prædixit, ac sibimet ab eode m-  
pro Vaticinij præmio inter Sanctos Apotheosim. Fuit hic  
LEO X. cui Sol noster vel in cunis, vel in fascijs visus est De-  
cimium inter Pontifices Signum præscribere, ac tot Herculo  
sub spolio trophæa, quot sidera. Nec mysterio car et ¶ illud  
quod duodecimo post obitum anno à LEONE inter Calites posi-  
tus